

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertatio Theologica de Viribus humanae naturae**


**Hafenreffer, Matthias  
Faber, Friedrich**

**Tubingae, 1610**

**VD17 VD17 23:324532Z**

Illvstrissimo & celissimo principi ac domino: Dn. Philippo II. [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-128758](#)



# ILLVSTRISSIMO

& Celsissimo Principi ac Domino:

## D N. PHILIPPO II.

DUCI STETINI POMERANIAE,

Cassubiorum & Vandalorum, Principi Rugiae, & Comiti

Gutzkoviæ, Domino in Lavenburg & Buthovv.

Domino suo Clementissimo

*Gratiam & pacem Iesu Christi precatur.*

**N**ostri vero episcopi, Illusterrime, Celsissimeq; Princeps, Domine Clementissime, peros omnem actum annorum suorum, hoc de se testimonium dixerunt; quod aeternam vitam, & divinæ gloria visionem optent; Dei agnitionem laudent; eamq; omnibus bonis suis preferant. Hujusmodi pia piorum vota, sunt reparatae Spiritus divini flammæ, quæ hominem in agnitione Dei Colos. 3. conditum esse, abunde satis attestantur. Accedit vox suavissima Christi, qui 10. Dei Consiliarius, quam aptè agnitione Dei, & futura beatitas, omnibus partibus suis consentiant, ex sinu Patris enarravit. Hec est, inquit vita aeterna ut Ioh. 17. 3. agnoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quæ Salvatoris verba tam saluberrime, suavitatis & suavissime salutis praebent aquam, ut omnes verè Christiani, hanc parum dulcedinis, inde percipient. Ecquis igitur Dei cognitionem non excipiaret? quis non laudaret? quis non omnibus bonis suis preferret? Exeat hinc, & pereat Epicuri emulus, qui ad popinam dentibus, & ventre, & ore non contentus, oculis quoq; gulosus, hujus seculi voluptate, quasi æstro percitus, Spiritualia futuri seculi gaudia ne assifecerit. Beluinus ejusmodi affectus quantopere detestandus est, tantò re- 2. Cor. 4. Etius fideles in sublimitate aeternū gloria pondus non, quævidetur sed, que ult. non videntur, contemplantes, ad Dei cognitionē pie aspirant. Quispe omnes sunt homines, vel lege naturæ sibi persuaserūt & perbiberunt, id maximè cognoscendum, q; sublimius. Quod a sublimitatis fastigii Deus non exuperat?